

2957

## LITURGICI.

2958

est, cuiam Ordini ejusmodi potestatem ille concesserit, neque adeo ulterius indagare lubet. Codex mutilus in hanc exit miniatam clausulam: *anno incarnationis post millesimum quaterque centesimum nonagesimo quarto idus nouembris.* Atqui tunc jam Missalia impressa prostabant.

## DCCCXX.

947 Codex membraneus lat. Sec. XVI. Folior. praeviorum 40. subsequorum 9. Operis vero ipsius Pagg. 1212. fol. maj. *Missale* est, nitidissime descriptum ex edit. *Antverpiensi* apud Cpb. *Plantinum* MDLXX. cujus Titulus: *Missale Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilij Tridentini restitutum. Pii V. Pont. Max. iussu editum. Cum Privilegijs.* Addit Codex: *Oeniponti*; hic enim *Ferdinandi* Archiducis Com. *Tyrol. Ferdinandi* I. Imp. Filii secundo loco nati auspiciis ingeniosissimum istud Artis pictoriae miraculum adornavit *Georgius Hoefnagel Antverpianus* intra annos 1581 — 88. conductus a Principe munifico 800. Rhenensium stipendio annuo, subque laboris finem donatus 2000. Coronatis aureis, et torque 100. ejusmodi Coronatos adpendente, ut perhibet *J. B. Descamps* in

*Vie des Peintres &c. T. I. Paris. 1753. p. 182. 8.* Miraculum dixi ingeniosissimum; nam, dum vix factiari potest oculus spectando penicilli artificium, mens jucundissime pascitur mira et felici illa Emblematum, Symbolorum, Inscriptionum, et Versiculorum varietate, quibus Titulos et oras paginarum passim confitas videas, quaeque omnia ipsi Pictori literis Latinis non obiter instituto debentur. *Fol. 3.* sub *Pii V.* Decreto primum occurrit litera *G.* duobus clavis decussatis confixa, quae *Georgium* notat, clavis (germ. *Nagel*) equorum unguis (germ. *Huf*, belg. *Hoef*.) infigi solitis cognomen significantibus. At *fol. 38. p. 2.* paullo explicatius legas: *G. Hoef. F. 83.* Ordinem *Missalis*, non est, quod exponam, cum idem sit, qui in *Editis*, e quibus, ut dixi, descriptum est. *Notae musicae* penitus absunt, quamvis paratae sint iis recipiendis lineae. *Canon* elegantissima Servatoris cruci subfixi Icon totam implens paginam praemissa est. Insignia *Austriaca* multis locis adcommodata sunt. *Proprio Sanctorum* p. 276. subjicitur annus 1588. Opus in *Τετραστυχον* definit, quod, cum Picturae nequeam, Musae saltem *Hoefnageliana* specimen adscribam:

*Incipiens a Te labor omnis desinat in Te,  
Inque tuo totus numine prosper eat.  
Omnia sint operata tibi, mens, vita, laborque,  
Ad superam donec nos vocet hora domum.*

2959

## C O D I C E S

2960

Accedunt Indices. Artifex praestantissimus diem *Viennae* clausit anno ipso seculari 1600. non nisi annos 55. natus.

&is *Sequentiis* feu *Profs* dudum abolitis, norunt antiquae Liturgiae Studiosi.

DCCCXXI.

DCCCXXII.

392 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 65. 4. magnam partem caractere illo, quem *Missalem* vocant, exaratus, coloribusque distinctus continet I. *Missas* varias de *Festis Domini et Sanctorum*, quarum *Elenchus* habetur fol. 39. initio ducto a nocte natali Servatoris. Occurrunt has inter *Missae* de *S. Affra*, de *S. Achacio*, *Mauricio* et *Leonardo*; item pro *Peccatis*, pro *Tribulatione*, pro *Salute Viuorum*, pro *iter Agentibus*, pro *Parentibus* &c. II. sequitur caractere unciali *Gloria*, et quidem *duplex*, alterum scilicet B. Virgini adcommodatum, ut habet *Card. Bona Rer. liturg. L. II. c. 2. Symbolum Apost. Praefationes* variae et *Canon*, in quo *Papae*, *Antistitis* et *Regis* fit mentio, et *Orationes* post *Pacem*, quae notabiliter ab hodie receptis variant. III. a manu paullo recentiore *Missae de Tempore* a *Dominica I. Adventus* usque ad *Officium in ramis palmarum*; verum post *Dom. IV. Adventus* quaedam e *Codice* excidere. Multas harum *Missarum* scaterere sic di-

Codex chartaceus germ. Sec. 219 XV. Folior. 447. f. duabus columnis exaratus, aevoque cum ab initio, tum in fine aliquantum passus exhibet *Introitus*, *Collectas*, *Epistolas* et *Evangelia* *Missarum Dominicalium* et praecipuorum *Festorum Domini* sermone vernaculo, ab *adventu* per totum annum progrediendo, singulisque *Evangeliiis* expositionem, quam *Glossam* vocat, subjungendo. Speciminis loco prima adjiciamus. *Am Suntag der Erst ankankch der Mefs. Mein got ich hab mein seile auffgebahn zu dir* &c. Pf. *Herre erczaig mir dein weg vnd ler mich dein steig.* *Collecta. Herre erwekch deine gewalt vnd chum* &c. *Epistola. Paulus czu den Romern an dem funfzebendn tayl. Brueder wist das das yeczund ist die Czeit auf zesten von dem slaff* &c. *Peculiare* quid habet in tertia *Nativitatis* *Missae Initium Evangelii Jobannis*; a fol. enim 27. p. 2. usque ad fol. 57. p. 2. prolixo commentario per partes exponitur, praefixa singulis partibus inscriptione rhythmica. Ex. causa:

*Von vierlay gesicht clar  
Wirt die warbait offenwarr.*

Ad calcem hujus Expositionis haec leguntur minio:

*Hie*